

sine fastidio amabitur et sine fa-  
tigatione laudabitur. Si quis a-  
micum suum libenter videt: illa vi-  
sio finitur quando quod. Si aliquis  
amatur: ille amor aliquando in  
fastidium vertitur. Si quis laudat  
vel canit: sepe ex tali actu fatigatur  
sed tunc nec visio nostra habebit  
finem. nec amor fastidium. neque  
laus fatigationem: sed continu-  
um feruorem. Quarto delemus  
fumere vestes sponso consimiles  
Christus enim habuit tria pia  
vestium. scilicet vestes albas. Apoca-  
lij. Ambulauerunt mecum in al-  
bis. Rubras. Psal. lxxij. Quae ru-  
brum est indumentum tuum. De  
auratas et variatas. Ps. Astitit re-  
gina id est christi anima que cor-  
pus suum laudabiliter rexit in ve-  
stiti deaurato circumdata varieta-  
te. Per hunc modum christi sponsa  
et quaelibet fidelis anima debet ha-  
bere vestes albas pro mundicie con-  
seruationem. Apoca. iij. Vestimen-  
tis albis induaris ut non appare-  
at confusio nuditatis tue. Rubras  
per dominice passionis meditatio-  
nem. Reg. ij. Vestiebat vos coc-  
cino in deliciis. Deauratas vero pro  
feruentem caritatem. Ps. Omnis  
gloria eius filie regis abintus in  
fimbriis aureis etc. Et variatas pro  
virtutum multiplicitate. Item. Cir-  
cumamicta varietatibus. Ecclesi.  
xvi. Vestium te discoloribus.

**I**n vigilia natiuitatis sermo.

**A**udierunt eo quod visitasti  
domus filiorum israel et af-  
frixisset afflictionem eorum  
Promi adorauerunt etc. Ecclesi. iij.  
In verbis istis tria notantur. Pri-  
ma est nostra deuota auditio cui  
dicitur. Audierunt etc. Ista audi-  
tio quam modo legi audimus est  
ihesus christus filius dei qui in beth-  
lehem iude nascitur. Natus enim  
est ut saluaret perditos. Ideo venit  
ihesus portans salutem nostram.  
Ps. Deus autem rex noster an-  
te secula operatus est salutem in  
medio terre et in humana carne.  
Caro enim christi non dicitur terra  
sed medium terre. Natura quidem  
nostra habuit duplicem extremi-  
tatem. unam qua fuit sub inno-  
centia. Alia qua modo est sub mi-  
seria. Christus autem assumpsit  
nostram naturam cum innocentia  
In quantum ad hoc participauit  
cum prima extremitate. Et miseri-  
a. et quantum ad hoc participauit  
cum secunda. Sed natus est ut sa-  
naret egrotos. et ideo venit christus  
portans vnguentum. sicut autem vngue-  
ta ex speciebus aromaticis et her-  
bis virtuosis: aliquo liquore in-  
fuso. Species aromatica est eius  
deitas preciosa. Verba virtuosissima  
est eius caro incorrupta. quod sicut  
dicitur Psal. xl. omnis caro fenulum  
Liquor infusus est eius sanguis  
preciosus. Ex his tribus confectum  
est vnguentum quod sanat om-  
nem egrotum. Ecclesiasti. xxvij.



vngentatus conficiet vngenta  
 sanitatis. Tercio natus est vt re  
 duceret exules a pegrinos. a idō  
 venit filius dei portans secuz reg  
 num. **Ps. ix.** Factus est pnci  
 patus eius sup humerum eius.  
 Iste principatus est dignitas re  
 galis quam portauit vt reges fa  
 ce ret. vel est onus peccatoruz qd  
 portauit vt nos alleuiaret. **Ps.**  
**lxij.** Vere languores nostros ipse  
 tulit. Vel est crux quam suis hu  
 meris portauit vt nos tanq̄ ad  
 rexillum colligeret. **Ps. x.** Leua  
 bit dominus signum in nationi  
 bus. Secundo ponitur dei vis cro  
 sa compassio cum dicit. Et cur as  
 perisset afflictionem eoz. Circa  
 quod notandum q̄ sicut dicit be  
 da. homini ex peccato quatuor fit  
 erunt inflicta. scilicet ignorantia  
 impotentia concupiscentia a ma  
 licia. Sed deus oculo compassio  
 nis respiciens contra ista quatu  
 or incommoda misit quatuor reme  
 dia. de quibus **1. Cor. iij.** Qui  
 factus est nobis a deo sapientia  
 iusticia. sanctificatio a redempcō  
 Primum igitur incommodū fuit  
 ignorātia. quia p viam salutis in  
 cedere nesciebat. **Ps.** Viam ciui  
 tatis habitaculi nō inuenerunt.  
 Ideo indigebant doct ore. Ideo fa  
 cta est nobis sapiētia docens nos  
 duplicem viam. Vnam oplecten  
 dam. aliam fugiendam. **Math.**  
**1.** Lata est via a spācōsa que du  
 ct ad perditionem. Secundū in

commodum erat impotentia. q̄  
 nullum bonum facere poterat per  
 quod iustificari possz. quia sicut  
 dicitur **Ps. lxiiij.** Omnes iustici  
 e nostre quasi pannus menstru  
 ate. Ideo indigebant iustificatio  
 ne quia hic factus nobis est iu  
 sticia. **Roma. ix.** Iustificati igitur  
 ex fide p acem habeam⁹ ad dñm  
 per ihesum xpristum. Tercium  
 incommodū erat inlicitia. habe  
 bat enim voluntatez in malo ob  
 stinatā a dyabolo ligatam. ideo  
 indigebat redempcōne. Propter  
 hoc factus est nobis redemptio.  
**Ps.** Redimet in pace animam meaz  
 ab hñs qui appropinqnt michi.  
 qm̄ inter multos sc̄. Et dicit in  
 multos. qm̄ multi demones ouēi  
 unt ad faciendā istam cathēnā.  
 Vnus ponit suggestionē. alij dū  
 cit ad osensum. alius ad opus.  
 alius ad osuetudinē. dicit ec̄ me  
 cū. q̄ hō sepe dyaboli inuat. Rē  
 tuz incommodū est cupia. Hō  
 em̄ totus eāt morbo infect⁹ a ma  
 la cupia inflāmat⁹. ideo indi  
 gebat sc̄ificatione a ppter hoc fa  
 ct⁹ est nobis sc̄ificator. **Ep̄ h. v.** Ep̄  
 hibuit sibi sponsā. ecclesiā non  
 hñtem maculam in cogitacōe. nē  
 q̄ rugā in opē. nec aliqd hñōi  
 in sermone. sed dēmus eē gl̄iosi  
 vbiq̄. s. in cogitacōe a sermone.  
 Tercio ponit deuota orō cū dicit.  
 Et promi adrauerunt. Sic modo  
 xpm̄ adrauerunt qd̄ sic triplici te  
 causa. Primo xpristum natum



suscipiamus honorifice. Ipse enim  
a deo nos honorauit quod fecit nos  
sibi similes. et hoc in creatione. fe-  
cit nos fratres et hoc in recreatio-  
ne. fecit nos coheredes. et hoc in  
glorificatione. Et ideo merito debe-  
mus ipsius honorare qui tam mul-  
tipliciter nos honorauit. Secundo  
ut sibi gratias referamus. Modo  
referendi gratias aliquando fit  
per solam vocis expressionem. ali-  
quando per manuum elevationem  
aliquando per genuflectionem.  
aliquando per totius corporis pro-  
strationem sicut modo tetraginta.  
Hoc significatur Gene. xvij. ubi  
abraham audita natiuitate futu-  
ra ysaac: cecidit in faciem suam.  
et adorauit scilicet gratias referen-  
do. Tercio ut nos mortales reco-  
gnoscamus. ac si quilibet dicat.  
Ideo me in terram prosterno. quod  
me mortalem cognosco. Gene. iij.  
Puluis es et in puluerem reuertere-  
ris. Aug. Puluis es animatus  
cum non eras et in puluerem mani-  
matum quod eras reuertes

**I**n natiuitate domini.  
Sermo primus

**P**uluis gentium qui  
ambulabat in tenebris  
vidit lucem magnam et  
cetera. Et subdit. Par-  
uulus natus est nobis. et filius da-  
tus est nobis. Psal. ix. Quando  
rex aliquis est venturus: multi nu-

erunt destinantur. Sic etiam ante fa-  
ciem huius regis in qualibet tel-  
um missarum tres nuncios misit.  
scilicet unum prophetam. unum aposto-  
lum et unum euangelistam. Et isti o-  
nes sunt fide digni. Nam ysaas a  
spiritu sancto inspiratus. aposto-  
lus usque ad tertium celum raptus. eu-  
gelista scilicet Lucas qui in dua-  
bus missis ponitur a beata virgi-  
ne doctus. Johannes qui in terci-  
a missa ponitur: fuit in fonte petro-  
ris christi aqua sapientie potatus.  
Verba igitur premissa sunt vni-  
us de hijs tribus ambicatoribus  
ysaie. In quibus tria ponunt  
Primum est humani generis ma-  
gnum periculum cum dicitur. Po-  
pulus gentium qui ambulabat in  
tenebris. Tenebre quidem quatuor  
incommoda inducunt. scilicet horrore  
obscuritatem. tristitiam et frigidita-  
tem. Hoies ergo tunc erant in tene-  
bris. quod erant in horrore et timore  
eo quod erant in potestate demonum tra-  
diti. Exo. iij. Facte sunt tenebre et  
erant in obscuritate. quod erat mul-  
tiplici ignorantia inuoluti. Job. x.  
xvii. Nos quidem inuoluimur tene-  
bris. Erant in tristitia. quod dei visi-  
one priuati. Thob. v. Quale gau-  
dium inest qui in tenebris sedet  
et lumene celi non video. Erant in fri-  
gore quod ab igne diuini amoris fu-  
erunt alieni. de quo igne lu. xij. Si  
ignem mittere in terram quod  
voluisti ut ardeat. Sed populus qui  
erat in hijs tenebris hodie vidit